



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 90. Si quis alteri nescienti promittat & juret se daturum aliquid, an obligetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

Ratio est, quia est contra charitatem nolle artem talem revelare aut ad posteros transmittere; quamdiu autem tu & ille potestis providere bono communi, teneris celare, usque ad finem vitæ, si tibi supervivat alter, ne injustè impediatur lucrum illius, qui te docuit, ita Tambur. §. 5. n. 65. Gob. T. II. n. 555.

330 Q. 89. *An qui juravit non revelare secretum, si a Judice vocetur in testem, possit dicere veritatem.*

R. Affirmant Juristæ, Glosf. Panorm. Felin. Jaf. aliique, quos refert & sequitur Frid. Hiltropff in proœss. judic. p. 3. T. 18. n. 34. Rationem dant, quia Juramentum, si obstat mandato Superioris, item si sit de non præbendo veritati testimonio, est contra bonos mores, ergo jurans non poterat velle se obligare ad tumracendum, quia celans ejusmodi veritatem peccaret mortaliter, uti Jura & Authores docent apud eundem n. 33.

331 Q. 90. *Si quis alteri nescienti promittat & juret se daturum aliquid, an obligetur.* R. §. 1. Si jurasti servare promissionem, quâ promittis dare aliquid alteri, Juramentum obligat stante promissione, hac autem cesante non obligat, nec cadit immediatè in executionem rei, sed in observantiam promissionis, unde si promissio non insinuetur ei, cui facta est, aut si prius revocetur, aut si non acceptetur, aut si acceptata legitimè tollatur, cœsat obligatio Juramenti, neque qui sic juravit magis tenetur aperire promissionem, quam si non jurasset. Neque ideo Juramentum fuit frustraneum, nam erat ad inducendam obligacionem absolutam, si contingeret promissionem legitimè acceptari. Vide dicenda p. 2. à n. 666.

332 §. 2. *Si absolutè jurasti te daturum, Juramentum cadit immediatè in executionem rei,*

nec est opus acceptatione, sed teneris rem exequi,
ne D E U M falsi testem facias; teneris præterea
inſinuare promiſionem & offerre rem; si tamen
alicer recuſet, es liber, quia inerat conditio, si alter
acceptet; an autem promissoriè an absolute
juratum fit, colligendum est ex verbis, vel
resciendū ex intentione jurantis, ita quoad omnia
Suar. L.2. c.1.n.13. & c.12.n.21. Sanch. de Matr. L.I.
d.7. n.24. & 25, in Dec. L.3.c.9.n.10. Leſſ. in Auſt.
v. Juramentum. Cas. 1. & 3. Item de Juſt. L.2.
c.7.n.52. & 53. Item c.42. n.22. Tambur. §.3. n.13.
aliique.

Q. 91. Si moroso debitori jurasti rem mutuo acceptā 333
reddere, an tenearis. R. Negant Tambur §.5. à n.35.
& Gob. n.559. dicentes te posse retinere in compe-
nſationem debitū, etiam ante mutuationē contractū,
ſi aliter ſolutionem obtinere non possis, citantque
multos Juristas & Theologos; & ratio potest eſſe,
tum quia mutuum ex voluntate mutuantis transit
in dominium mutuatarii, qui non tenetur ſe
iterum illo exuere, tum etiam quia mutuant
vicissim remittit Jus exigendi debitū, ergo
æquivalenter reddit illud, quod accepit, atque ita
implet premissionem. Mol. Lugo de Juſt. d.16.n.117.
Sporer T.5.c.5 n.79. diſtinguunt & putant, ſi tantū
jurāris ſolvere debitū, te posſe retinere ob ratio-
nem jam datam; ſi autem ſimul juraveris
non compensare, te retinere non posſe: ſed videtur
absolute dicendum cum aliis, quod tenearis red-
dere, ſicuti teneris ſolvere pecuniam latroni
cum Juramento premissam, quia per tò reddere
vel ſolvere, intelligebas (utī ſuppono) non retinere,
ſed iterum conſignare in ejus potestatē ac diſpo-
ſitionem, hoc autem Juramentum eſt de re licita,
ergo reverentia exigit, ut impleatur.

O 4

Q. 92.